

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Stockmann

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Med.  
D. & Profess. Ad Exequias Elegantissimae Puellae Annae Dorotheae von  
Münster/ Filiolae amantissimae, Moestißima Parentes hodie ... paratas cupit,  
Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493351>

Druck    Freier  Zugang



Stockman, J.,  
in  
**A. D. v. Münster.**  
Rostock, 1643.

3







PROGRAMMA,  
QVO  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**JOACHIMVS**  
**STOCKMAN,**  
Med. D. & Profess.

*AD EXEVIAS*  
**ELEGANTISSIMÆ PUELLÆ**  
**ANNAE DORO-**  
**THEÆ von Günster/**  
Filiolæ amantissimæ,

*Mæstissima Parcns hodie horâ primâ in templo  
Mariano solenniter paratae cupit,*  
Omnes Omnia Ordinum Cives  
Academicos officiosè & amantissimæ invita-

•S(O)S•  
•S(O)S•

ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILI, Academia Typographi.  
ANNO M. DC. XLIII.



ГРОССАММ  
ОБЩЕСТВО  
СОБЫТИЯ  
СЛОВА  
СУМНСАЮ  
ИАМДОГ  
ДОБРО  
ИАН  
КОСТИЧИ

Um ad accuratiorem  
**D**judicij lancem Vitæ humanæ  
miseriam perpendimus, nihil  
eam esse verius cernimus  
quam continuum suppliciū.  
Quod & ipsum Seneca lib. de  
brevitate vitæ fateretur, scribens

**OMNIS VITA SUPPLICIUM EST.**  
Quippe quæ omnibus fortunæ telis proposi-  
ta, & quo longior eò majoribus ærumnis ac  
angustijs obnoxia; ita ut nemo seniorē ansam  
dolendi ac lugendi habeat, quam ille ipse, qui  
in hoc calamitatum turbulentio æquore diu-  
tissimè vivendo, grandem senectam &  
numeroſos annos transit. Pœnam enim ille  
satis atrocem subit, quæ data, ut Juvenalis  
satyr. 10. inquit,

*diu viventibus: ut renovata*

*Semper clade domus, multis in luctibus, inq,  
Perpetuo mœrore. Cnigrâ veste senescant.*

O fortunati itaq; tenelli infantium pedes,  
qui antequam vitæ acerbitatem degustent, ad

B 2

æternam

omn

æternam felicitatem properant. O prosp-  
ero sydere in hanc communem lucem editi,  
qui in primo vitæ limine finiunt miseriam,  
antequam eam delibaverint, vel antequam  
se vim ejus experiri (si paululum delibarunt)  
incœperint. O quam feliciores illis qui ple-  
nis labijs haurire & cum summâ anxietate re-  
rum humanarum discrimina malaq; con-  
coquere coguntur. Non tales inani lesso  
aut lachrymis urgendi, sed magnâ con-  
gratulatione donandi quod tam celeri-  
ter ad veræ beatitatis portum appulerunt,  
quod tam velociter mortalitatis legem  
absolverunt. In tam felici sorte loca-  
torum cœtum auxit nudius tertius elegantissi-  
ma puella ANNA DOROTHEA von  
Münster. Quæ in hoc Orbis caduci theatrum  
prodierat hic Rostochij Anno 1640. die 16.  
Martij, Parētibus clarissimis & honestissimis.  
Patre Viro Amplissimo & Consultissimo DN.  
BERNHARDO von Münster J. U. D. Consi-  
liario Megapolitano & Cancellariæ Güstro-  
viensis Fiscali vigilantissimo Amico nostro,  
hic Rostochij ante triennium mortalitatem  
deponente. Matre vero SOPHIA Marschal-  
lers/ Matronâ honestissimâ, secundâ vice Vi-  
duâ afflictâ, ante dimidium annum dilectissi-  
mo

mo secundi thori conjugalis' socio Clarissimo D N. JO A C H I M O G E I S M E R,  
I.U.D. orbatâ. Avo paterno HENRICO von  
Münster/ Cive quondam hujus Urbis prima-  
rio & Ædis Marianæ Præfecto. Auiâ paternâ  
MARGRETA Sūchtings. Avo Materno  
Viro Clarissimo & Consultissimo D N. PRO-  
THASIO Marsstaller s p. m. J. U. D. & Illu-  
strissimorum Principum ac Ducum Mega-  
polensium D N. ULDARICI & D N. CA-  
ROLI recordationis sempiternæ , Con-  
filiario gravissimo. Aviâ maternâ ANNA  
Schüzen / Matronâ primariâ, quæ ante an-  
nos quatuor Rostochii (quo se cum D N. Ge-  
nero , prædicto Viro Consultissimo D N.  
BERNHARD O von Münster receperat)  
è cœtu mortalium exempta est. Hæc fuit sors,  
hæc series progenitorum puellæ suavissimæ.  
Quæ tesseram militiæ Christianæ in Bapti-  
smo sumens , vivumq; membrum Ecclesiæ  
CHRISTI effecta, non acquievisset (subse-  
quente maternâ educatione ac curâ) claritu-  
dini parentum, de quâ jure gloriari poterat,  
sed generis splendorem proprijs virtutibus  
illustrasset. Et adultior facta, velut præclarum  
aliquid sydus effulsiisset tam præstantibus  
animi dotibus & ornamenti, quam corpo-

ris speciosa & decente pulchritudine ; Quā  
qui ornatus incedit, nā habet is de quo gratu-  
lari sibi possit, & qui Diis æmulus inter homi-  
nes primi census ac dignitatis se ponere non  
erubescat. Sed D E O Opt. ita volente, an-  
tequam dulci supereventu usuram maternæ  
expectationis eximeret, oppressa tētērimo  
hoste parvula, triennium saltim solem hunc  
conspiciens, sublata est ē numero viventium.  
Per hostem intelligo Variolas, Luem deter-  
rimam, & haut ulli morborum monstro se-  
cundam ; Cujus originem medicorum co-  
hors adscribit ei sanguini, quem olim omni-  
bus à matribus, delitescentes adhuc intra-

*Obscura penetrare Favissa*

hausimus, eoq; meritò pleriq; omnes; huic  
malo reddimur obnoxii. Ab hisce variolis  
tantopere fuit labefactata viscerum Oecono-  
mia in corpusculo tenello : Adeo fractæ &  
sublestæ vires, ut ultimum vitæ terminum  
præterito 12. die Novembr. subire coacta fue-  
rit. Intetim in beatarum mentium colle-  
gium allecta est tam citò candidissima ani-  
mula, ita ut mater cujus tristitiae non solum  
ignoscet, sed officij & pietatis gloriam tribuo,  
non tam obitum ejus maturum deplorare  
debeat,

debeat, quam serio & hilari mente latari,  
quod tam maturè trajecto periculoſo vitæ  
pelago ad tam fidam stationem appulerit,  
quod tam atroci hoste devicto, triennium  
ſolum militans victoriā adeò glorioſā potita  
ſit, & relictā terra cœlum pro domicilio aſſe-  
quaſta. Felicem terq; quaterq; beatam par-  
vulam, quæ nunc cœleſti beatitudine per-  
fruens terram infra ſe contemnit! Terram  
omnis vanitatis, miseriārum, inquietudinis  
abyſſum! Punctum illud ferro flammisq; di-  
viſum, à ferocitate, arrogantiā & Furijs  
omnibus undiq; occupatum! Miseros nos  
Mortales! qui humi defixi animis non an-  
helamus potius ſupera! Quantillum id eſt  
vel fluxæ voluptatis, vel perituri lucri, quod  
in hoc universi punc̄to, in hac maculâ ve-  
namur! cui tam anxiè inhæremus. Hic nos oc-  
cupatos tēnet omnium ſcelerum dira cupi-  
do. Hic divitias alius invadit. Honorēs alius  
ambit, alius conſequitur: Scilitet ut miſerior  
moriatur. Hic instauramus bella, mutuis  
cædibus laxiorem facimus terram. Hic qui  
latiflīmē rura metatus fuerit, & ad mensuram  
avaritiæ propagaverit ſolum, quam tandem  
eius portionem defunctus obtinebit?

O venas hominum mentes, caelium inanes!  
O in-

O insipientem sapientiam, quæ tantis conatibus in tantulo punto nugas tanta molitur! Melior sors, felicior conditio beatissimæ hujus animulæ, quæ omne id quod Romani olim vicerunt; quod tantis viribus subegit. Alexander M., nunc, si optio daretur, indignum judicaret saltim intuitu suo: quæ eam discessus sui horam quam nos in festam ac funestam ducimus, faustissimam sibi decernit. Ejus exuviis hodie ad Templum Marianum circâ horam primam deducendis Vos Cives Academiæ, (officiose & amanter invito) frequenti comitatu adeste. DEUM & Patrem totius consolationis ardentissime orantes, ut qui matri derelictæ vulnus inflixit, applicare quoq; ei salutare remedium, vindicare eam ab omni sequiori fortunâ cum suavissimâ superstite prole, & tum Clarissimis maritis, tum liberis jucundissimis orbatam efficaci consolatione erigere dignetur. P.P. Rostochi sub sigillo Rectoratus 15 Novemb. Anno 1643.

Congressus fiet in Æde Mariana  
hodiernâ primâ.

• 5(0) 50 •










Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770493351/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493351/phys_0016)

**DFG**

debeat, quam serio & hilari  
quod tam maturè trajecto pe-  
pelago ad tam fidam stationem  
quod tam atroci hoste devicto  
solum militans victoriā adeò gla-  
sit, & relicta terra cælum pro de-  
qua. Felicem terq; quaterq;  
vulam, quæ nunc cœlesti bea-  
fruens terram infra se contemnit  
omnis vanitatis, miseriarum, i-  
abyssum! Punctum illud ferro  
visum, à ferocitate, arrogante  
omnibus undiq; occupatum!  
**Mortales!** qui humi defixi an-  
helamus potius supera! Quan-  
vel fluxæ voluptatis, vel peritu-  
in hoc universi puncto, in hac  
mūr! cui tam anxiè inhæremus  
cupatos tenet omnium sceleru-  
do. Hic divitias alius invadit. E-  
ambit, alius consequitur: Scilit  
moriatur. Hic instauramus b-  
cædibus laxiorem facimus ter-  
latissimè rura metatus fuerit, &  
avaritiæ propagaverit solum, c-  
ejus portionem defunctus ob-

**O** vonas hominum mentes, cale-



the scale towards document

056  
Patch Reference numbers on left

Image Engineering

Serial No. TE263